

[Adversus montem Syon^a]. [Contra clerum^b].

Ve^c Ariel^d, quam expugnavit^e David¹ aliquando in Silvestro^f, cum^g monarchus ille^{h.2} Christi ecclesie lepra deposita se subiecitⁱ. Set quia ingemiscendum est³ potius^k quam loquendum, in effuso aquile furore⁴ plangamus, quia et propheta sic stillat ad africanum^{1.5}, ut et^m adducat Ytalicum populum inⁿ desertum. Ecce, inquit⁶, auferet^o a Iuda et Ierusalem fortem^p et validum, quo ad duces, roburque^q panis^r, quo ad doctores vel redditus temporales^s, virosque bellatores, quo ad milites, iudicem et prophetam, quo ad consules vel senatores^t, ariolum et senem, quo ad pontifices et alios^u cardinales, principem quinquagenarium, quo ad reges presulesque^v sublimes. Sicque ruet Ierusalem^w, et Iudas^x concidet⁷, ut omnino velut ager aretur^y ecclesia⁸, et altitudo sublimium incurvetur⁹. Clerici preterea legem Domini contempnentes, dum per eos eius blasphematur eloquium, ponentur more cadaverum velud stercus in medio platearum¹⁰. Denique si aquile clerus obstiterit, dum iam^z vas sincerum et solidum sordidis actibus incrustarint^a, robur eorum erit ut favilla stuppe^b et opus nichilominus ut scintilla^c, quod^d utrumque succensum^e pariter^f non

a) Diese Ueberschrift nur in R¹ schwarz. b) Diese Ueberschrift nur in R² rot. c) 'Veh' R¹; 'Uve' R². d) 'ciuitas' setzt aus der Vulg. hinzu R. e) 'et circumdedit' setzt zu R. f) 'sancto Silv.' R. g) 'cum' fehlt R. h) 'ille' fehlt R. i) 'subiecto' V; 'subiessit' R¹. k) 'p^s' V. l) 'affricum' R²; 'affricam' R¹. m) 'et' fehlt R. n) 'in' fehlt R². o) 'dominus' setzt zu R. p) 'sortem' V. q) 'et robur' R¹. r) 'et robur aque' setzt aus Vulg. zu R¹. s) 'temp.' fehlt R². t) 'senatus' V. u) 'alios' fehlt R. — 'cardinas' R¹. v) 'et presides' R. — 'subl.' fehlt R. w) 'ih'rl'm' R. x) 'iuda' R¹; 'iud'a' R². y) 'ageretur' V. z) 'iam' fehlt R. a) 'ingustauerit' R. b) 'stupe' R. c) 'sintilla' V. d) 'Quorum' R. e) 'succensum', durch untergesetzten Punkt korr. in 'succensum' VR². f) 'periture' V.

1) Is. 29, 1. Am Rande R¹: 'Ys. XXVIII'. 2) Konstantin der Grosse. 3) Vgl. Ezech. 21, 6. 7. 4) Ezech. 20, 33. 34: 'in furore effuso regnabo super vos'. 5) Ezech. 20, 46: 'stilla ad africanum et propheta ad saltum agri meridiani'. 6) Is. 3, 1—3. Am Rande R¹: 'Ys. III'. 7) Is. 3, 8: 'Ruit enim Ierusalem, et Iudas concidit'. Am Rande R¹: 'Ys. III'. 8) Jerem. 26, 18: 'Sion quasi ager arabitur'. 9) Is. 2, 11: 'Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incurvabitur altitudo virorum'; v. 17: 'Et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum'. Am Rande R¹: 'Ys. II'. 10) Is. 5, 24. 25: 'Abiecerunt enim legem Domini exercituum et eloquium sancti Israel blasphemaverunt . . . et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum'.